171

LUCIANI
DIALOGUS
S, L, ET A.
DAV. BREDA.

G
54

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 54



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 54

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 54



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 54



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 54



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 54

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 54

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 54

~~173~~
171. g. 54.
CA 1179

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 54

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 54

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 54

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 54

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 54

Luciani inter Charonē et Mercuriū dialogus

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 54

Luciani dialogus qui inſcribitur maioꝛ Charon latinus per pheniciū denuo factus ad reuerendū prēm dn̄m Joānem cardinalem moꝛinenſem Incipit feliciter.

Pꝛologus

Eraphius vrbinas vir vtriuſcꝫ iuris interpꝛes nr̄i tp̄is pꝛimarius reuerēdiſſime pater gētiliū libꝛos de optimarū aꝛtiū ſtudijs. cū daꝛ ociuꝫ frequētius legere ſolꝫ: is nuper cum luciani philoſophi apud gręcos ſuo tp̄e clariſſimi quēdam legeret dialogum qui inſcribiꝛ Charon latinus neſcio quo interpꝛete iādiu fcm̄ me pꝛo mutua inter nos conſuetudine rogauit vt illū ſui gratia emēdarem coꝛrigeremcꝫ Qm̄ extarent cꝫ multa ī co mēdoſa ꝗ ad ſententias explicandas vt in plurimum eſſet opus ſibylla interpꝛete. Ego vero illi viro in pꝛimis doctiſſimo mihicꝫ amiciſſimo moꝛem gerere cupiens dyalogum illum cępi pꝛius gręcum deinde pariter ⁊ latinum quē vt vidi minime ſum miratus ſi parū aut nihil latine intelligi poterat. quoniā non cōuerſus. ſed maioꝛi ex perte confuſus ac peruerſus erat Gręce em̄ diſtincte atcꝫ dilucide loquatur apud nos diſtoꝛte et conturbate per omnia fere pꝛocedit. Itacꝫ his immenſis erroꝛibus permotus eum denuo e gręco in latinum traduxi ꝟbis latinis ita inſtructum vt cum iucunditate legi. ⁊ ſine difficultate poſſit intelligi. Cum vero hunc ipſum ꝯſcriberē non de nihilo tua dominatio mihi occurrit quā nō me fugit litteratoꝛum viroꝛum eſſe amantiſſimaꝫ vt qui ad bonos moꝛes et humanę vitę inſtituta ſpectant eos ſermones ſumma cum auiditate ⁊ legere ⁊ audire ſolere. Hunc igitur dialoguꝫ quē tuo dedicaui obſequio vt qua me ſoles ea cuꝫ benignitate ſuſcipias rogo Quem quidem cum legeris nimirum ⁊ pꝛocul dubio letaberis Sed opus eſt attentione quoniam Mercurius iam loquitur cum Charone.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 54

¶ Dialogi argumentum.

¶ Demon ille nomine, Charon qui, vt poete aiunt mortuorũ
animas per acherontez flumẽ tranſfert ad inferos cupiẽs res
hoĩm actuſqꝫ cognoſcere exorata a plutone vnius diei venia
viuentium regionem aſcendit. atqꝫ in primis cũ vidiſſet quẽ
dam ab amico vocatum ad cenam. ſeqꝫ iturum illi pollicituz
repentino imbricis ictu humi mortuum cecidiſſe vehemẽter
arriſit. ei ridenti. mercurius iouis iuſſu ex negocio miſſus ob
uiat. ſuiqꝫ riſus cauſam rogat. ſic inquiens

¶ Incipit dialogus cuius interlocutores ꝑmi ſunt Mercurius ⁊ Charon.

Mercurius

Quid rides o charon ⁊ quid apud ſupéos
relicta cymba veniſti que non ſis ſolitus intueri lu
cem? Charon. Ego quidem o mercuri iam opta-
uires hominum actuſqꝫ videre qui cum e vita de
cedunt tanto cum dolore merent Nam ſine lachrymis ac me
rore apud nos nauigat nemo. Itaqꝫ a plutone exorata venia
vnius duntaxat diei. ceu theſalus ille adoleſcens omiſſo pau
lulum officio remigandi hanc lucem aſcendi Qua in re hunc
tuum occurſum duco mihi commodiſſimum. Nam cuz res
humanas probe teneas. eas mihi vt oſtendas velim Mercu
rius. Non eſt mihi in p̃ſentiarum ocium. iuſſu enim iouis ad
obeunda negocia pergo. qui cum ſit acutus ad iram vereor
ne ſi tardus fuero me adijciat familie veſtre a celorum culmi
ne deijciẽs Et ego iſtar vulcani pede altero claudicãs vob ex
hibeã riſuz pocula ĩ ĩferis ꝓpinãdo Charõ. ñ potes o mercuri
hac cautela iure tuũ mihi denegare obſeq̃ũ. cũ ꝯnauta ſis mi
hi apđ ĩferos Atq̃ meminiſſe dẽs. ꝙ nec ſentinã exhaurire nec re
mũ trahere te iubeo q̃ꝫq̃ꝫ ſis hũeros lat⁹ ⁊ valeas lacertis. ſed
trãſtra ſupſedẽs. ⁊ q̃ñqꝫ recubãs diſtẽt⁹ cũ mortuoꝝ q̃uis to
ta nauigatõe ꝯfabuleris Et ego ſenex ⁊ ſol⁹ vt plĩmũ duco hy
remẽ Itaqꝫ te amice rogo vt ñ d̃ſis huic ĩprobo d̃ſiderio meo
Nã ſi me deſeris a cecis differã nihil. nã ceu illi errãt ac labũt
in tenebris. ſic ego lippis ocul' lumẽ aſpicio Vex ſi m̃ morẽ ge
res nec diẽ nec opaz ꝑdidiſſe ꝯgnoſces Mercurius. res iſta ſi
ne plagis ⁊ pugnis. ⁊ ſine magno meo malo ꝙ fieri poſſit nõ

video. Tu p̃ũcto temporis ea putas poſſe videre quę intueri
longiori opus ē die Nec id p̃conis voce facere mihi licꝫ iniuſ-
ſu iouis Tu p̃terea ſi hic inter mortales morã trahẽs nõ trãſ-
uectabis in tp̃e mortuos plutonis regno dederis pauperiem
Eacus quoqꝫ egre feret ſi intelligat ſibi fraudari portoriũ. in
his tñ difficultatibꝫ maiori meo cũ ꝑiculo gerã tibi morẽ. verꝝ
q̄d ſit opꝰ facto iã aĩm ꝯtamus Charon. Hec tuopte ꝑſpic
ingenio o mercuri Nã q̃ ſunt ſupra terrã cũ ſim ꝑegrinus eorꝝ
nihil noui Mercu. Excelſiori quodã loco nobis ē opꝰ o Cha
ron. vñ oĩa ꝑſpici poſſint Et ſi quires aſcẽdere celũ nullus eẽt
nobis labor Nã ex eo loco q̃ſi e quadã ſpecula intueri liceret.
verũ tibi q̄ inter manes ꝑpetuo ꝟſaris cũ iouis regna ingredi
fas non ſit res ipſa admonet vt aliquẽ minentiorẽ locũ ꝯſide-
remꝰ Chron. Que ſolitꝰ ſum dicere vobis o mercuri cũ naui-
gamus. ea te memiſſe decet Nã qñ vis ventorꝝ vela vehemen
ter impetit. intumeſcitqꝫ fluctibꝫ vnda. voſqꝫ nauigatõis im-
periti iubetis nunc vela laxari. nunc contrahi. aut ea permitte
re ventis. ego in puppi ſedens ac clauũ tenẽs nõ neſcius eorꝝ q̄
factu opꝰ ſunt vobis ſilentiũ indico Eodẽ mõ tu mercuri ceu
gubernator in huiõi re ea facies q̄ potiora putes. ego ꝟo vt lex
extat apđ laphitas tacitus ſedẽs his q̄ iuſſeris parebo Mer
cu. dicis qđ vellẽ iã tibi indico ſilentiũ. inueniã certe ſpeculam
huic rei idoneã. Nã caucaſus mons vł illo celſior ꝑnaſus. aut
vtroqꝫ eminẽtior olimpꝰ erit ꝯmodior Non de nihilo cũ aſpi
cio memini olimpũ. ſꝫ opa tua mihi ē opꝰ Charõ. Jube. Nã
quoad valeo tibi opaꝫ p̃ſtabo Mer. Extat apđ homerꝝ poetã
inter grecos clariſſimũ ꝙ duo çoli filij cũ adhuc pueri eẽnt oſ
ſaꝫ a radicibꝫ euellẽtes olĩpo ſuꝑimpoſuerũt. deiñ pelyõ ſuꝑ
oſſaꝫ rati ꝑ hũc modũ poſſe aſcẽdere cęlũ. ſꝫ qꝛ vt iouis hoſtes
dederũt merito penas. Nos ꝟo cũ nihil aduerſus deos agaꝰ
q̄d obſtat ne mõtes mõtibꝫ ſuꝑiponamꝰ: vt de ſublimiori q̄-
dã loco cũcta ĩtueri poſſimꝰ. Cha. poterimꝰ ne o mercuri nos
duo pelyõ eleuare ⁊ oſſaꝫ Mer. Quid ni o charõ An cenſes
nos q̄ ĩter diuos nũeramur. illꝰ adoleſcẽtibꝫ eẽ ĩbecilliores Cha
rõ. Mime At nõ videt credibile. ꝙ res tãta ꝑ nos duos poſſit
fieri. Mer. Tardꝰ es igenio charõ. ⁊ poetaꝝ mĩme ꝑitꝰ. nã ho
merus vt ſup̃ dixi poeta in p̄mis clarꝰ duobꝫ ꝟſibꝫ aſcẽſuꝫ no

bis fecit in cęlũ Adeo facile mõtes mõtibꝫ ſuꝑimponit. Qđ ſi
hoc miraris. ꝗđ diceres ſi athlãta ꝯgnoſceres. que hũeris cę-
lũ ſuſtinuiſſe cũcti fere decãtãt poetę is vt aliqñ ab eo ꝗeſceret
labore aſſerũt herculẽ iouis ꝛ alcmene filiũ illi tãtę moli ſup
poſuiſſe caput. Cha. Iſta etiã audiui. ſꝫ ne ꝟa ſint tu Mercu.
ac poetę norit Nos nr̃m negociũ ꝓſeq̃mur Mer. Veriſſima
ſunt o charõ. Nec ſapiẽtiſſimos hoĩes iſta finxiſſe putes. Ve-
rũ vt ais ꝑus ſubmoueamꝰ. veluti homerꝰ ipſe architectꝰ op
timꝰ nos ſuo carmĩe monet. Aye ſurſuꝫ iã lacertis robuſtiori
bus O cernis ꝙꝫ facile cõfecimꝰ fabricã Aſcẽdã igit̃ vt videaꝫ
an h̃ ſit ſatis. vl̃ aliũ opꝫ montẽ ĩponi. Humilis nimiũ rei nr̃e
hęc eminẽtia eſt Nã ab ortu ſol' vix ionia lidiaqꝫ vident̃ ob oc
caſu italia ſolũ ac cecilia. ab aq̃lone hyſter ꝛ ab auſtro creta.
Nec iſta liq̃do apparet Quare oeta nobis ẽ etiã mouẽdꝰ. ꝛ ſu
per oẽs ꝑnaſuꝫ ipm poni opꝫ Cha. ita faciamꝰ. ſꝫ vide ne ſup̃
modũ opꝰ extollẽtes ſil' cũ illo humi ruamꝰ ꝛ acerbuꝫ in huiõi
fabrica ꝯfractis ceruicibꝫ ꝑiculũ faciamꝰ. Mer. bono ſis aio
in tuto cũcta cõſiſtãt oetã nũc ſuꝑiponamꝰ olĩpo. en rurſus aſ
cẽdo. exaĩmis ſum. cũcta vndiqꝫ apparẽt. Cha. da dextram. O
tantã molẽ me iubes aſcẽdere Mer. An ignoras ꝙ nihil mag
nũ ſine ꝑiculo ꝗs cõſequi p̃t. tene dextrã. Caue ponas ĩ lubri-
co pedẽ O fcm̃ bñ iã aſcẽdiſti At certe h̃ ꝑnaſus biceps ẽ. Cõ
p̄hẽdamꝰ vtrũqꝫ ꝟticẽ eiꝰ vt queamꝰ cũcta ꝓſpicere. iã orbẽ
terrę vides Cha. Video trã ſatis latã quã ingẽs qđdã circũla
bit̃ ſtagnũ. cerno mõtes ꝛ fluia cocyto ꝛ flegetõte maiora hoĩeſ
qꝫ puſillos ꝛ eoꝝ domos q̃ſi q̃ſdã nidl'os Mer. vrbes ille q̃dẽ
ſunt. q̃s tu nidulos appellas. Cha. video o mercuri fruſtra no
ſtros fuiſſe conatꝰ. ꝛ ꝑnaſuꝫ cũ caſtalio ꝛ oetẽ paꝝ ꝓdeẽ. Naꝫ
nõ vei vt mõtes ꝛ fluia ꝓſpicerẽ. ſꝫ intueri cupio hoĩm actꝰ et
quibꝫ rebꝫ ĩnitant̃ percipe qđ tum ſcire licuit cũ mihi ridenti
obuiaſti. ꝛ mei riſus ĩterrogaſti cãm quã ex nimio riſu tibi aꝑi
re neq̃ui Mer. Quę nã fuit illa. cedo. Cha. Ego dicã tibi Cuꝫ
quidã ab amico vocaret̃ ad cęnã ſeqꝫ ituꝝ illi ꝓmiſiſſet. repẽte
ictu imbricis q̃ neſcio quõ ex tecto decidit exaĩmis humũ ca-
pite pulſauit. h̃ cũ aſpexi riſi vehemẽter. qꝛ qđ ꝓmiſerat nõ p̄-
ſtitit. veꝝ aliã aggrediamur viã: vt q̃ cupiã ea ꝑcipe ꝛ intueri
valeã Mer. Mane ſis Nã te ab huiõi cura leuabo ꝛ q̃ cupis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 54

ea luce clarius intuearis vi carminũ efficiã q̇bꝫ iterũ ac ſepiꝰ
pręfatis eripiã nubẽ q̄ tibi oculos caligat Cha. Pręfare car=
mẽ Mer. Iã deterſi caliginẽ ab ocul' vt ait poeta q̇ cũ cecꝰ eẽt
probe nouit deos ⁊ hoïes. Cha. Homerꝝ dicis is nimirꝝ cecꝰ
fuit Quid ꝯtraxiſti frontẽ noui eq̄dẽ illũ ipm quẽ tu dicis ho
merꝝ. Mer. Tu remo ⁊ naui ſꝑ incũbẽs noſti homerꝝ: Charõ.
Noli artẽ nauigãdi mihi iprobare qd̓ te haut q̄q̄ꝫ decet. Sꝫ
qd̓ illũ ꝑbe noui hic' ſcire vl' maxie potes. Nã ꝑ acherõta cuꝫ
illũ naui trãſueherẽ orta tẽpeſtate eos ꝟſus canere cępit. q̇bꝫ
infauſtũ nauigãtibꝫ iter deſcribit Neptunꝰ nubes collegerat
atq̄ꝫ tridẽte Immiſſo miſcet vaſto cũ murmure pontũ Et pe
lagꝰ totũ ꝯmouit ſedibꝫ imis Et cũ vnda vehemẽtiori turbĩe
cõcita puppi repẽte irrueret illãq̄ꝫ pęne euertiſſet hęc ⁊ alia euo
mit carmĩa Sꝫ dicas mihi velĩ q̄s illi q̄ tãta carne ſuffultus
forma ⁊ corꝑis magnitudĩe decorꝰ ꝟtice cęteros ſupereminet
mortales Mer. ille eſt Milo crotonias cuiꝰ de laudibꝫ vni=
uerſa reboat gręcia. q̄ olĩpię ꝑ ſtadiuꝫ hũeris ſuis ſuſtinuerit
bouẽ Cha. q̄ꝫto maiori p̄conio dignꝰ es charõ q̄ꝫ Milo q̇ pau
lo poſt charõis cymbę iponet. tũ ſe ꝓſtratũ abiectũq̄ꝫ videbit
plorabitq̄ꝫ memor palmarꝝ ac laudũ ſuarꝝ nũc q̇ thaurꝝ in hu
meris in ſtadio ſuſtinet nõ cẽſet ad nos aliq̄n ſe eẽ venturꝝ Mer
cu. In tãto corꝑis robore nõ cadit cogitatio mortis Charõ O
mittamꝰ ĩ p̄ñtia riſuꝫ quẽ dũ nauigabiꝰ Milo nob abũde prę
ſtabit cũ nedũ taurꝝ ſꝫ calicẽ ſuſtĩere neq̇bit. At q̇s ille alt' for=
ma ⁊ ſpẽ honeſtꝰ Nõ q̇dẽ grecꝰ. ceu ex ipſo hĩtu apparꝫ Mer.
Cyrꝰ o charõ filiꝰ cãbiſis q̇ a medis ĩ ꝑſas trãſtulit imꝑiũ et q̇
deuictis aſſyriis babilonẽ redegit in ditõem ſuã. ⁊ nũc lidiã tẽ
dit. Creſo bellũ illaturꝰ vt eiꝰ regno potiat' Cha. Ubi nũc cre
ſus ille: Mer. illic fige ĩtuitũ. vides ne arcẽ triplici muro cin=
ctã Cha. video. Mer. Sardis illa ẽ regni caput. itẽ ille ẽ cre=
ſus q̄ aureo recubãs ſtrato ꝟba fcit cũ ſolone athenienſi pho.
Cha. q̇d nã ĩter ſe ꝯfabulant': Mer. Audire ne cupis: Cha. q̇d
ni. Mer. audiamꝰ igit' Creſus Attice hoſpes diuitias vidiſti
ac theſauros meos ⁊ q̄ꝫtũ argẽti auriq̄ꝫ defecati. ⁊ q̄ꝫ ples me
ſequũt' opes Cedo ex cũctis mortalibꝫ noſcis quẽ in felicita
te p̄ me haberi exiſties Cha. q̇d rñdebit ſolon: Mer. Nihil hu
mile nihilq̄ꝫ abiectũ qd̓ ipſe audiẽdo ꝑcipies Solõ Quos in

vita noui coꝝ duco eē fęliciſſimos cleobin ⁊ bicleō ſacerdotis
agricolę filios ꝗ mrēm curru īpoſitā cū iumēto traderēt iugo
colla ſubeūda iunonis phanū vſqꝫ ꝑduxerūt Creſus ẞ ſibi ha
bebāt pacto ꝓores iſtas fęlicitatis ꝑtes. at cui attribuis ſcđas
Solon. telo athenienſi ꝗ ꝗ ad̄ vixit recte ⁊ ꝓbe vixit. ⁊ ad po-
ſtremū ꝓ patria mortē ſubire nō formidauit Cre. Igit̄ nuz vi
deor tibi ꝗ quo pacto dici btūs: Solō. haud quidē Nam niſi
ad finē quis veīat vitę nō ꝑt rcē dici meo iudicio btūs. Quip
pe in morte rcm̄ beatitatis exiſtit argumentū Cha. ꝑpulcre ſo
lon ac nrī memor ꝗ anī ipſam nauigationem non cēſet rcm̄ de
hoīs fęlicitate poſſe dari iudiciū Veꝝ ꝗs creſus delegit ꝗ ſunt
quid ve inſuꝑ ſecū ferūt. Mer. Aureos lateres apollini phi-
tio Creſus oblatū mittit oraculi grā quo nimiꝝ ꝑibit Nā ſup̄
modū aruſpices ſeq̄t̄ ⁊ ariolos Cha. Eſt ne illud aurū qđ ſuo
ſplēdore mortales vt audio faciūt tāti id nūc ꝓmū vidi Mer
cu. Illud eſt o charon. ꝓ quo indeſinēter certat̄ inter homines
Cha. Equidem non video qđ in ſe cōtineat boni niſi hoc ſolū
ꝙ ferentibꝫ graue ſit onus Mer. Bella inſidię. furta. cedes. ꝑ
iuria. peculatꝰ. ſacrilegia. nauigatōes. ſeruitia ꝓ illo enixe fiūt
Cha. Illud habere. vl̄ nō paꝝ ꝑfecto refert Nā cū ad nos de
ſcēdunt ꝑter obulū quē ꝓ portorio a ſingulis colligo ꝓuſquā
nauim ingrediant̄ afferūt nihil Mer. pro illo ſane eo inſaniūt
qđ e terrę viſceribꝫ ceu plūbū effodiūt Cha. Extremā quādaꝫ
de mortalibꝫ narras inſaniā ꝗ pro re tā graui pallidaqꝫ tot la-
bores ⁊ ꝑicula ſubeūt Mer. Solon ille nec auꝝ q̄rit ⁊ ꝗ q̄rūt
aſꝑnat̄ Cha. Et ille ſolꝰ certe ſapit ꝙ paulo poſt ex ipſo creſo
patebit ꝗ auro fidēs auri grā ꝑibit Nā ſil̄ cū regno in manum
cyri viuꝰ ꝑueīet ꝗ victoria cyrꝰ elatꝰ q̄ꝫ ꝓmū ⁊ hūanę fragilita
tis dabit exēplū. qꝛ ꝑ īſidias ab hoſtibꝫ capiet̄ eiuſqꝫ caput v-
tri hūano ſanguīe pleno includet̄. Sed ꝗſ nā eſt ille clamydeꝫ
purpuratꝰ ⁊ capite dyademitę cinctꝰ ꝗ totꝰ exeuiſcerato piſce
anulū reddit Mer. Policrates ſamiorū tyrānnus qui ſupra
cunctos mortales ſe putat eſſe fęlicē. ⁊ qua deceptꝰ opinione
mox ⁊ q̄ꝫ ꝓmū ſe cognoſcet Nā ꝑ meandꝝ ſeruū hoſti tradetur
cruciqꝫ affiget̄. Et huiōi ſane ludos abſqꝫ ītercapedīe dat clo
to nrā mortalibꝫ Cha. O gnōſa cloto vt trūcas trūca hoꝝ cer
uices ⁊ crucifige vt diſcāt mortales quo magis extollunt̄. co

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 54

maiori caſu ſeruituros. o capita ridicula. ⁊ tum vel maxie cū
eos niſi nudos cymbam ingredi non permiſero. ſed veſtez ty
ranni. ſtatim aureuz humi dimittere iuſſero Mer. Qui mare
nauigant qui bella gerunt qui iura dicunt qui agros colunt.
qui cum fęnore mutuant. qui quoqꝫ mendicāt eos niſi nudos
nō admittes Cha. Nudos immo oīm reꝝ nudiſſimos Nūc
ſane video vitā mortaliū turbinibus varijs. varijſqꝫ erroribꝫ
plęnā eſſe ac refertam. eorumqꝫ vrbes apum aluearibus ſimi
les in quibꝫ ſinguli ſuū hn̄t aculeū. quo ceu veſpe ꝓximū quē
qꝫ ſtimulāt ſic quēuis feriūt humiliorē. Turba ꝟo q̄ circa il-
los volitat. q̇ ſunt Mer. Spes. metus. egritudo. lęticia. odiū
auaricia. inuidia ac reliq̇ aīoꝝ affectꝰ q̇bꝫ deeſt ignorātia paꝝ
et deſidia. Spes tn̄ ⁊ metꝰ ꝑores ſibi vēdicāt ꝑtes. Nā aīmi
affectꝰ nūc eleuādo nūc depmēdo cęcū illudūt hoīm genꝰ. ac
apud īferos cernit tantalꝰ ab vnda illudi. ꝙ ſi intuitum acriꝰ
figes videbis parcas ſua cuiqꝫ ſtamīa trahere ac tenuiſſima
ceu araneę fila ſupra ſingulos de cęlo deſcendere. Charon Ui
deo probe ꝙ̄plura tenua fila longeqꝫ perflexa tum vni tuz al
teri deſcendere ſupra caput Mercurius. fatorum lege eſt illa
filorum implicitas vt vnius ortus ſit alterius interitus. ⁊ h
illiꝰ illic huius fiant heredes. ⁊ cui anguſta exiſtit ſeges. is lo-
cupletis cōſeq̄tur bona. ⁊ aliꝰ item veluti folia q̄ vēto mouen
tur Nā alia humi ſtatī decidūt. alia ſurſum vētoꝝ vi eleuant
et ad terrā itē decidūt Sic hoīes q̇ in ſublime tollūtur cū filū
pondꝰ nequit ꝑferre ingēti ſonitu humi decidunt Sz qui ab
humo parū erigitur cū cadit ſine ſtrepitu cadit eiuſqꝫ caſus
vix ab ipſis auditur vicinis quippe omnes pendent tenuiſſi-
mo filo. Charon. Ridicula prorſus hęc ſunt ⁊ inſanię plęna.
Mer. Quāuis merito ſint ridicula iureqꝫ ſpnēda ꝟbis tn̄ ex
primi nō poſſet ꝙ̄to ſtudio iſta exeq̄rūt. quę dū ſequūt. mors
vt vides eos intercipit. cuiꝰ miſtri fębris pthiſis. lateꝝ dolor
gladij aconita. iudices tyranni ⁊ alij lōge plures morbi ac ce-
des ꝯtinuo circūueniūt Uꝝ cū ī hos īcidūt caſus. tūc freq̄ns
illō emittūt. heu heu o mi heu Qō ſi ab initio cōſiderarēt. ꝙ̄
breui ſpacio e vita decedūt. huiōi rebꝫ humi relictis viuerent
prudētiꝰ ac miore cū dolore mortē obirēt. ſed qꝛ putāt ab his
rebus nunquaz poſſe auelli cum mortis miniſtri eos vocant

egerrime ferũt nõ ſecꝰ atqꝫ is ꝗ domũ edificare feſtinat. deinde
morte ꝑuentꝰ illã nõ plene ſtructã reliꝗt heredi potiũdã. Aliꝰ
itẽ geſtiẽs ꝙ ſibi natꝰ ẽ filiꝰ amicos ad cõuiuiũ vocat illi pris
nomẽ ĩponẽs. ꝗ ſi ſciret eũdẽ ĩ extrema miſeria morituꝝ. nũꝗꝫ
ſano iudicio de tali nato letaret̃. at ſpe ducit̃ ꝙ ĩ viꝝ euadet. et
victor ex olĩpia patherã domũ in ꝑmiũ reportabit Et cũ vici
nũ funꝰ nati videat efferre nõ ꝯſiderat ꝙ eodẽ ⁊ ipſe ꝑẽdeat fi-
lo Alij de agroꝝ finibꝫ litigãt. alij peculio vigilãt. itẽ alijs ĩſer-
uiũt negocijs ꝗrũ vt vides ꝑ̇us pleroſqꝫ ĩtercipit mors ꝗꝫ ſuo
rũ ꝯpotes fiãt votoꝝ. Cha. Hec oĩa cerno ⁊ ſil' aĩo ꝟto ꝗd dul
ce ſit ill' in vita. ⁊ ꝗ̃ cũ decedũt eatenꝰ ĩdignãt̃ Qꝺ ſi ꝗs eos qui
btĩ eẽ apparẽt acriter ĩſpexerit repiet amaritudĩs plĩmũ dulce
dinis ꝟo aut nihil aut paꝝ ill' ineẽ Nã metꝰ. odia ire. adulatõ
nes. ĩſidie. ac reliq̃ aĩoꝝ ꝑturbatõnes in illis hñt impiũ. ꝑterea
luctꝰ. morbi. dolores. abũde dñant̃. ſꝫ vt summati dicã cui rei
mortaliũ vitã aſſil'em Vidiſti in aq̇s ãpullas ex repẽtinis ĩbri
bus gñari inflatões dico ex q̇bꝫ ſpumula quedã gñat̃. Paruꝫ
igit̃ nõnulle ĩ ipſo ortu deſtruunt̃. alie paulo durãt diutiꝰ. alie
cũ maiorẽ in modũ excreuerit ad poſtremũ ⁊ ipe diſrũpuntur
Nec vt apparet alia ẽ mortaliũ vita oẽs em̃ vitali ſpũ ĩſpirati
alij citiꝰ. alij tardiꝰ. e vita decedũt. nõnulli ſil' ac eẽ quoqꝫ deſi-
nũt Itaqꝫ nature ꝯſtitutũ ẽ lege vt vnꝰ oẽs q̇cũqꝫ ille ſit exitus
habeat Mer. Nõ minꝰ appoſitã o charõ ad hoĩꝫ vitã vſus es
ſil'itudĩe qꝫ homerꝰ ꝗ arboꝝ folijs mortale cõparat genꝰ Cha
ron. Eoꝝ vita cũ tã breuis ĩfirma ac fragil' ſit cur tam ãpuloſi
de ꝑ̇ncipatu gl'a hõre. diuitijs ſe inuicẽ iactãt, ꝓ hiſqꝫ litigant
cõtendũt at acriter decertãt ꝗ oĩa in morte deſerũt humi. et v-
nũ dũtaxat aſſem ꝓ portorio ferẽtes. ad nos veniũt. Veꝝ cuꝫ
in excelſo ſumꝰ loco. vñ exaudiri poſſumꝰ cur nõ maiori q̇daꝫ
clamore illos admonemꝰ vt ſe ab ĩſanis abſtineãt laboribꝫ ac
modeſte ⁊ q̇ete viuãt aĩo. mortẽ ꝑ ocul' ſꝑ hñtes Si tibi videt̃
ego ipſe alta voce clamabo. illiſqꝫ dicã Heu ſtulti heu inſipiẽ-
tes q̇d circa inania. tãti aĩmi quietudĩe deliratis ⁊ ad res floc
ci faciẽdas. cur eſtis ſolliciti q̇eſcite iã nec velitis ĩſanire vlteri
us. Nã vita hoĩm breuis ẽ. ⁊ ceu vmbra velociter trãſit. Et q̃
in vita ſunt eoꝝ ꝑmanet nihil neqꝫ ꝟo moriẽs reꝝ hũanarũ ſe-
cũ q̇ppiã defert ſꝫ humi dimittit domos agros auꝝ ⁊ cetera for

tune bona q̃ de ęuo in ęuũ vno tp̄is pũcto dños mutãt ac poſ
ſeſſores ac q̇ſqꝫ nud⁹ ad nos pficiſcit̃. Si tales audiãt admo
nitões. nõne putas ill' pfutur̃. ⁊ ad reliquũ vitę tp̄s eos fore
prudẽtiores Mer. O fortũate Charõ. ad hãc acuto op⁹ erit ce
rebro Nã erroribꝫ ⁊ ignorãtia arti⁹ aures hñt occluſas q̃ꝫ vly
xes pice ſuis obturauerit comitibꝫ ne audirẽt ſyrenũ cantões
Quippe qḋ apḋ vos iferos p̄t lethe⁹. id apḋ hos ignorãtia fa
cit Sũt ꝟo plęriqꝫ ſꝫ hi q̇dẽ pauci q̇ picẽ auribꝫ nõ recipiunt
ſꝫ ꝟitati acq̇eſcũt Hi acutis ocul' hęc caduca ĩtuẽtes e a vtrõ
approbat ⁊ dictat floccifaciũt ac ꝓ nullo hñt. Cha. Hos igit̃
admoneam⁹ Mer. ſupuacuũ eẽt q̃ q̇s tenet ea illũ ip̄m admo
neri Nã vt vides iſti hęc caduca ridẽt ab illiſqꝫ ſe abdicãt ḋ vi
tę curriculo ſolũ ꝯſulẽtes hãc ob rẽ vulgo ꝓ iſanis reputãtur
Cha. Egregi⁹ ſane ẽ. q̇ſquis tãdẽ ille vir ſit. Mer. Jmmo egre
giſſim⁹ ſꝫ p̄ter ſolonẽ his tp̄ibꝫ nemo l' admodũ pauci. vez̃ iaz
abeam⁹. Cha. Sꝫ age nũc q̃ſo q̇ſ nã ille eſt q̇ bis ticta murice
purpurea veſte redimit⁹ ⁊ auro. ingentem lrãtoz̃ gregẽ ſecũ
tacitus cũ murmure vehit. Mer. Jllũ. crede. mortales aiunt
magni europe regis inſignem ſigilliferũ eẽ. qui graue iugũ et
ſuis viribus impar. rerum regi cõſulendarũ oĩm fruſtra ꝓpo
conatur ſubmittere collo. Charon. Heu miſerũ illũ q̇ pęnas
acherontis nigri vincere cum ꝓprio viuus infando ſcelere cer
tat Sed mihi iam fas eſt illoruꝫ conditionem ſcrutari quos
veluti vmbras ſilentes viuo in lumine cerno. hoc illud ꝓperã-
ter age. Mercurius. Ubi nam cernis: Charon. Jllic ex obli-
quo fige intuitum Mercurius. Habeo. curiales ſunt. qua ꝓ
re longiore opus eſſet ſermone q̃ꝫ duduin Charon q̃ꝫ ob rem.
Mercurius. Ea propter q̇ ſimulata virtus maiori indigꝫ de
finitione q̃ꝫ occultatum ſcelus. Charon. Neſcio hercule quid
ſibi vult hic obſcurus ſermo Mercurius. Rem omnem ſi li-
bet ſerioſe audies ⁊ vitam ⁊ mores eorum cognoſces. ⁊ qua-
lis illorum futurus e vita erit fortunatus exitus Charon Au
res arrigo. Mercurius. Hi ambitioſi deoruꝫ vera religione
ſpreta primum ſuis perdite Demũ alijs opibꝫ improbe con
ſumptis partã alieno labore g̃raꝫ vndiqꝫ ſibi vendicãt Altos
cęca ſtoliditate contemnũt. medios. ſacrilegos temeritate aſp
nant̃ ⁊ humiles ſuo admodum ſtudioſo faſtu deprimunt et ſi

minimis vix ſufficiant q̄z tamen magna impudenter audent hi dolis. atq̄z quodam conficto. veluti vulpecularuz more humilis conditionis. ⁊ imminentis ruinę immemores ad publicum ęrarium miniſtrandum. cuius rei contagioſe inexperti. impares conſcenderunt. Charon. Quid tum. Mer. Sile ſi potis es. Charon. poſſum equidem Mercurius Hi cū omnibus vulpinam ſimulantes amiciciam mutuo letaliter emulantur odio. ſuis tegnis ⁊ fraudibus incautas ſibi inſidias parant. ⁊ proprijs tandem exigentibus culpis curialiū quotidiano more proditoris fores poſtridie vltro tondent. ⁊ cruentis cerebriſ faucibus ſeſe ſemineces deglutiendos dabunt. Charon. Ha ha q̄z magnum riſum ſuo caſu pręcipiti noſtris ſtigis curiales dabunt. Mercurius. Sic eſt omnium ipſorum curialium impiorum vſus. Charon. vnum abs te ſcire velim quod cum oſtenderis ſatiſfactum mihi eſſe accumulate dicam. Mercurius. Quid illud. Charon. Quid nam eſt illud quod appellant cadauerum apothecas. Mercurius. Apothecas appellant monumenta tumbas pariter ⁊ ſepulchra quippe aggeres illi vbi cernis ſtatuas ac pyramides in ſuburbijs ſtructas ſunt mortuorum hoſpicia ⁊ cadaueruz horrea ſiue palacia. Charon. Ad quid illa coronant ſaxa eaq̄z vngēto liniunt. ⁊ ante tumulū piras ſtatuentes cenas adolent ſumptuoſas vinum effundendo ac mellicratum. Mer. mortuorū gratia his rebus inſeruiunt. ſed quid hęc illis proſint non video. niſi fortaſſe putent vmbras nidorem victimę ac fumum libare ⁊ de fouea bibere mellicratum. Charō. illos bibere aut manducare aut viuentiū officia agere quoꝝ capita ſunt ſicca ac ꝑarida eēt extrema demētia putare cum ſepultus a ſepulchro differat nihil. ⁊ omnes pari gradu apud inferos habeantur. Sane pirrus ⁊ vlixes agamennon ⁊ terſites ayax ꝑterea et achilles teſte cadauere magis ſunt aridi quaz in pratis fęnū eſtatis tp̄e medio. Mer. homer⁹ ꝑfecto magis tibi not⁹ q̄z putarā At ꝓſpicis qđ apđ ſigeū apparz. illđ ē achillis ſepulchꝝ. e cōſpcū ꝟo altrū ē ayacis apđ iethū Cha. Parua q̄dē illa ſūt. cęteꝝ ex q̄ cepiſti oñde mihi vrbes eas q̄s audio lōge iſignes Niniuem ſardinapolim. vrbē Babyloniā micenas. cleonas et ipm ylion homeri poemate cōmendatū. Equidem memini

toto illius belli decennio animas heroū tranſuexiſſe eo ꝙ fre-
quens ſentinā ſiccare nedum quieſcere non fuit ocium. Mer
curius. Niniue omnino periit nec eius vlla extāt veſtigia Ba
bylon ea eſt quā cernis turribus ornatam ac ingenti murorū
ambitu munitam. Ea quonā extiterit loco paulo poſt ambi-
getur. Ilion iacet in igne crematū. de quo probe dici poteſt il
le quondam fuere felices nunc penitus ſolo equate Quippe o
Charon vrbes ceu homines vnus ⁊ idem exitus habet Cha
ron. O laudes ⁊ voce homeri ſacrum ylion o bene ſtructe fa-
breqꝫ facte cleone. Ceterum quos cerno bellantes que nā ſunt
aut quid mutuis ſe vulneribus interimūt Mer. Argiui ⁊ la-
cedemonii qui de agrorum terminis nunc viribus decertant
Et quem cernis examinatum dux eſt exercitus. Otrides. cu-
ius nouū aſſcribitur tropheum Charō. ſtulti vltro ſunt citro
qꝫ pariter ſtulti. Nam ſtulti ignorant ꝙ ſi vniuerſo potiātur
peloponeſſo. vix vni⁹ pedis locum cum ad nos venient acci-
pient ab eaco. ⁊ alii aliquando aderunt cultores qui illud tro
pheum aratro funditus euertent. Mercurius Iſta ſic futura
ſunt. ſed deſcendamus iam ac montibus ſuo loco repoſitis. tu
quidem nauiculam. ego vero ad iuſſa iouis exequenda abea-
mus. quibus exactis q̄ꝫ primum veniaꝫ ad te. ⁊ vita functos
afferam. Charon. feciſti probe o mercuri. ſane pro hoc tuo in
me obſequio tibi ſum perpetuo obnoxius. Nam digito vt a-
iunt oſtendiſti reges. lateres aureos. pugnas. tumbas pariter
qꝫ hec catumbas ac reliquos mortaliuꝫ actus. qui poſtremo
cum ad me deueniant omnes. ante obitum tamen verbum de
charone faciunt nullum

¶ Luciani dialogus qui inſcribitur maior Charon lati
nus per Phynicium denuo factus ad reuerendiſſimuꝫ prēm
dominū Joānem Cardinalē ep̄m morinenſem finit feliciter.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 54

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 54

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 54

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 54

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 54